Σαλαμῖνος καὶ Ἀθηνέων, οἱ δὲ ἀπ' Ἀρκαδίης, οἱ δὲ ἀπὸ Κύθνου, οἱ δὲ ἀπὸ Φοινίκης, οἱ δὲ ἀπ' Αἰθιοπίης, ὡς αὐτοὶ Κύπριοι λέγουσι. V. Meurs. in Cypro I. 6.

270. *εἰκὸς* Ald. Turn. *εἰκὼς* G. ut ceteri.

271. *ἰνδούς τ'* etiam M.

ἀκούων M. G. E. *ἀκούω* Rob.

ἱπποβάμοισιν M. G. E. Rob. *ἱπποβάμοσιν* Turn.

272. Libri *εἶναι*. Quum libri veteres in praecedente versu *ἀκούων* habeant, scripsi *οἶμαι*, quod etiam Burgesius coniecit. Alioqui aliquid intercidisse putandum esset.

ἀστραβιζούσας M. P. sed in M. inter *σα* et *ς* littera erasa. *ἀστραβιζούσαις* G. E. Rob. *Ἱπποβάμοσιν καμήλοις* quum vectas dicit, nihil aliud vult quam camelis equorum instar utentes.

274. *καὶ τὰς* M. habere dicitur et habent Rob. Turn. *καὶ τὰν* G. Non potuit has totam gentem Amazonum dicere. Bene factum quod *τὰν* in G. conservatum *καιτᾶν* scribendum ostendit. Vereor autem ne *τὰν* etiam M. habeat. Revocat se et quasi interpellat rex, *quamquam,* inquiens, *Amazones vos esse crederem, si arcu armatae essetis.*

κρεοβρότους δ' M. G. Rob. *κρεωβρότους δ'* E. Delevi particulam, quam Porsonus in *τε* mutaverat. *Κρεοβόρους* vir doctus apud Butlerum et Lobeckius Paralip. p. 260. merito repudians Stanleii *κρεοβότους*. De re Diod. Sic. III. 53. et Eustathius p. 402, 38. ex eoque Eudocia p. 38. *Σαυρομάτας* dictas esse tradentes, quod lacertis, testudinibus, aliaque carne vescerentur, spernentes *μᾶζαν*.

275. *εἴκασα* Rob.

276. Libri *διδαχθείς*. Recte Abreschius *δ'* addidit.

279. *τῇ ἰδεῖν ἀργείαι* M. *τῇ ἰδεῖν ἀργείᾳ* G. E. et codex Robortelli. In P. deesse aliquid et legi *ἰδεῖν* dicitur. *τῇδ' ἐν ἀργείᾳ* Sophianus.

De hoc Ius sacerdotio egit Stanleius, comparans verba Apollodori II. 1, 3. *ταύτην ἱερωσύνην τῆς Ἥρας ἔχουσαν Ζεὺς ἔφθειρεν*, et Hesychii, emendata a Scaligero ad Eusebium p. 24. *Ἰὼ Καλλίθυια ἐκαλεῖτο ἡ πρώτη ἱέρεια τῆς Ἥρας.*

280. Libri *ἦν ὡς μάλιστα*. Aberrarunt critici atque interpretes a vera ratione, non animadvertentes, quod in omni hoc diverbio tenendum est, cognita habere regem ea de quibus quaerit et quaerere dumtaxat ut exploret verane an falsa dicant virgines. Scripsi *ἦν ὡς μάλιστα*, et hunc versum cum sequente regi tribui, qui duobus chori versibus totidem versibus respondet.

282. *καὶ κρυπτά γ' ἥρας ταῦτα παλλαγμάτων* M. G. P. E. *ἥρας ταῦτα παλαγμάτων* ex codice affert Robortellus. Ex coniectura Robortellus *ταῦτα παλλακισμάτων*, Turnebus *ταῦτα τῶν παλλαγμάτων*. Scholiastae adnotatio *αἱ περιπλοκαί* corruptumque Hesychii *ἐμπαλούγματα, αἱ ἐμπλοκαί* monstrare poterant scribendum esse quod